

Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitas, et in maiestáte adorétur æquáalitas. Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamáre cotídie, una voce dicéntes: Sanctus.

Communio

Mirabántur omnes de his, quæ procedébant de ore Dei. (Luc 4:22)

1. Dóminus regnávít! Exsúltet terra, læténtur ínsulæ multæ.

2. Illustrárunt fúlgura ejus orbem terræ: vidit et contrémuit terra.

3. Montes sicut cera fluxérunt a fácie Dómini, a fácie Dómini omnis terra.

4. Annuntiavérunt cæli justítiam ejus, et vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Postcommunio

Quos tantis, Dómine, largiris uti mystériis: quaesumus; ut efféctibus nos eórum veráciter aptáre dignéris.



Asmenų skirtingumas, ir jų prigimties vienumas, ir jų lygus didingumas. Jį garbina Angelai ir Arkangelai, Cherubinai ir Serafimai; kasdien nepaliauja garsiai šlovinti, vienu balsu tardami: Šventas.

KOMUNIJA

Visi stebėsis tais dalykais, kurie išeis iš Viešpaties burnos. (Lk 4:22)

1. Viešpats karaliauja! Tesidžiaugia žemė, tedžiūgauja gausios salos!

2. Nuo jo žaibų nušvinta pasaulis, žemė tai mato ir dreba.

3. Viešpaties Artume kalnai tirpsta lyg vaškas, – visa žemė – nuo Viešpaties Artumo.

4. Dangūs skelbia jo teisumą, ir visos tautos regi jo garbę.

POSTKOMUNIJA

Mes, kuriems dosniai suteikė naudotis tokiomis didžiomis paslaptimis, prašome Viešpatie, kad teiktumeis mus tinkamai parengti jų veikimui.

Proprium Missæ

DOMINICA III POST EPIPHANIAM III SEKMADIENIS PO VIEŠPATIES APSIREIŠKIMO



Introitus

Adoráte Deum, omnes Angeli eius: audívit, et lætáta est Sion: et exsultavérunt filiæ Iudæe.

Ps. Dóminus regnávít, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ. (Ps 96:7-8, Ps Ps 96:1)

Collecta

Omnípotens sempitérne Deus, infirmitatem nostram propítius réspice: atque, ad protegéndum nos, déxteram tuæ maiestátis exténde.

Epístola

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Romános. (Rom 12:16-21)

Fratres: Nolíte esse prudéntes apud vosmetípsos: nulli malum pro malo reddéntes: providéntes bona non tantum coram Deo, sed étiam coram ómnibus homínibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum ómnibus homínibus pacem habéntes: Non vosmetípsos defendéntes, caríssimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi vindícta: ego retríbuiam, dicit Dóminus. Sed si esuríerit inimícus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim fáciens, carbónes ignis cóngeres super caput eius. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

INTROITAS

Šlovinkite Viešpatį, visi Jo angelai; išgirdo ir apsidžiaugė Sionas; ir šokinėjo iš džiaugsmo Judos dukterys.

Ps. Viešpats karaliavo, tegu šokinėja iš džiaugsmo žemė; tegu džiūgauja gausios salos. (Ps 96:7-8, Ps Ps 96:1)

KOLEKTA

Visagali amžinasis Dieve, gailestingai pažvelk į mūsų silpnumą ir savosios didybės dešinę ranką ištiesk mums apsaugoti.

EPISTOLĖ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Romiečiams (Rom 12:16-21)

Broliai, nelaiykite savęs išmintingais. Niekam neatmokėkite piktu už pikta, rūpinkitės tuo, kas gera visų žmonių akyse. Kiek galima ir kiek nuo jūsų priklausio, gyvenkite taikoje su visais žmonėmis. Nekeršykite patys, mylimieji, bet palikite tai Dievo rūstybei; juk parašyta: Mano kerštas, aš atmokėsiu, sako Viešpats. Verčiau jei tavo priešininkas alksta, pavalgydink jį, jei trokšta, pagirdyk jį. Taip darydamas, tu krausi žarijas ant jo galvos. Nesiduok pikto nugalimas, bet nugalėk pikta gerumu.

Graduale

Timébunt gentes nomen tuum, Dómine, et omnes reges terræ glóriam tuam.

V. Quóniam ædificávit Dóminus Sion, et vidébitur in maiestáte sua. (Ps 101:16-17)

Alleluia

Allelúia, allelúia.

Dóminus regnávít, exsúttet terra: læténtur ínsulæ multæ. Allelúia. (Ps 96:1)

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secundum Matthaeum (Matt 8:1-13)

In illo témpore: Cum descendísset Iesus de monte, secútæ sunt eum turbæ multæ: et ecce, leprósus véniens adorábat eum, dicens: Dómine, si vis, potes me mundáre. Et exténdens Iesus manum, tétigit eum, dicens: Volo. Mundáre. Et conféstim mundáta est lepra eius. Et ait illi Iesus: Vide, némini díxeris: sed vade, osténde te sacerdoti, et offer munus, quod præcépit Móyses, in testimónium illis. Cum autem introísset Caphárnaum, accéssit ad eum centúrio, rogans eum et dicens: Dómine, puer meus iacet in domo paralyticus, et male torquetur. Et ait illi Iesus: Ego véniam, et curábo eum. Et respóndens centúrio, ait: Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestáte constitútus, habens sub me mílites, et dico huic: Vade, et vadit; et alii: Veni, et venit; et servo meo: Fac hoc, et facit. Audiens autem Iesus,

GRADUALAS

Pagarbiai bijos tautos tavo vardo, Viešpatie, ir visi žemės karaliai – tavo garbės.

V. Kadangi Viešpats pastatė Sioną ir bus regimas savojoje didybėje. (Ps 101:16-17)

ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja.

Viešpats karaliavo, tegu šokinėja iš džiaugsmo žemė; tegu džiūgauja gausios salos. Aleliuja. (Ps 96:1)

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Matą tęsinys (Mt 8:1-13)

Anuo metu, kai Jėzus leidosi nuo kalno, jį lydėjo didelės minios. Štai prisiartino raupsuotasis ir parpuolė prieš jį ant žemės, maldaudamas: „Viešpatie, jei panorėsi, gali mane padaryti švarų“. Jėzus ištiesė ranką, palietė jį ir tarė: „Noriu, būk švarus!“ Ir tuojau raupsai išnyko. Jėzus pridūrė: „Žiūrėk, niekam nepasakok, bet eik pasirodyti kunigui ir paaukok Mozės įsakytą atnašą kunigams paliudyti“. Sugrįžus į Kafarnaumą, maldaudamas: „Viešpatie, mano tarnas guli namie paralyžiuotas ir baisiai kankinasi“. Jėzus jam tarė: „Einu pagydyti jį“. Šimtininkas atsakė: „Viešpatie, nesu vertas, kad užeitum po mano stogą, bet tik tark žodį, ir mano tarnas pasveiks. Juk ir aš, pats būdamas valdinys, turiu sau pavaldžių kareivių. Taigi sakau vienam: ‘Eik!’, ir jis eina; sakau kitam: ‘Ateik

mirátus est, et sequéntibus se dixit: Amen, dico vobis, non inveni tantam fidem in Israël. Dico autem vobis, quod multi ab Oriénte et Occidénte vénient, et recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno coelórum: filii autem regni eiiciéntur in ténebras exterióres: ibi erit fletus et stridor déntium. Et dixit Iesus centurióni: Vade et, sicut credidísti, fiat tibi. Et sanátus est puer in illa hora.

Offertorium

Déxtera Dómini fecit virtutem, déxtera Dómini exaltávit me: non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini. (Ps 117:16; 117:17)

Secreta

Hæc hóstia, Dómine, quaesumus, emúndet nostra delícta: et, ad sacrificium celebrándum, subditórum tibi córpora mentésque sanctíficet.

Præfatio de sanctíssima Trinitate
Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui cum unigénito Fílio tuo et Spíritu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus: non in unius singularitáte persónæ, sed in unius Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Fílio tuo, hoc de Spíritu Sancto sine differéntia discretiónis sentímus. Ut in confessióne veræ sempiternæque

čionai!', ir jis ateina; sakau tarnui: 'Daryk tai!', ir jis daro". Tai girdėdamas, Jėzus stebėjosi ir kalbėjo einantiems iš paskos: „Iš tiesų sakau jums: niekur Izraelyje neradau tokio tikėjimo! Todėl aš jums sakau: daugelis ateis iš rytų ir vakarų ir susės dangaus karalystėje prie stalo su Abraomu, Izaoku ir Jokūbu. O karalystės vaikai bus išmesti laukan į tamsybes. Ten bus verksmas ir dantų griežimas“. Šimtininkui Jėzus tarė: „Eik, tebūnie tau, kaip įtikėjai!“ Ir tą pačią valandą tarnas pagijo.

OFERTORIUMAS

Viešpaties dešinioji parodė galybę, Viešpaties dešinioji mane išaukštino; nemirsiu, bet gyvensiu ir apsakysiu Viešpaties darbus. (Ps 117:16; 117:17)

SEKRETA

Prašome, Viešpatie: tegu šios atnašos nuvalo mūsų kaltes ir tavo pavaldinių kūnus bei sielas pašventina aukos šventimui.

ŠVČ. TREJYBĖS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tau dėkoti, šventas Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve, kuris su vienatiniu tavo Sūnumi ir Šventąja Dvasia esi vienas Dievas ir vienas Viešpats – nėra tai Asmens vienumas, bet vienos prigimties Trejybė. Juk tai, ką per tavąjį apreiškimą apie tavo garbę tikime, be jokio skirtumo pripažįstame Sūnui ir Šventajai Dvasiai, kad, išpažįstant tikrą ir amžiną Dievystę, būtų šlovinamas ir